



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

294. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 137
lia, ipsi autem uno digito vestro non tangitis sar-
cinas ipsas.

Item post pauca.

CCXCV. Quotienscumque dederis con-
silium peccanti, simûlque da illi statim pœni-
tentiam, quantum debeat jejunare, aut ele-
mosynis redimere peccata sua; ne fortè obli-
viscaris quæ tibi jam dixit, & iterum tibi ne-
cessè sit interrogare, & forsitan erubescat ite-
rum confiteri, & inveniatur jam amplius ju-
dicari.

Burchard.
ibid.

Ut nullus alias præsumat pœnitentiam dare
vel confessionem audire nisi Episcopus
aut Presbyter. *Ex eodem.*

CCXCV. Exsurge qui dormis, exsurge
à mortuis, & illuminabit te Christus. Frater,
Dominus Jesus Christus, qui dixit discipulis
suis, *Quæcumque ligaveritis super terram, erunt Matib. 18.*
ligata & in cælo, & quæcumque solveritis super
terram, erunt soluta & in cælo, de quorum nu-
mero quamvis indignos nos esse voluit, ipse
te absolvat per ministerium nostrum ab omni-
bus peccatis tuis, quæcumque cogitatione, lo-
cutione, atque operatione neglegenter egisti,
ut à nexibus peccatorum absolutum perducere
te dignetur ad regna cœlestia. Amen. Nos
etiam, frater carissime, secundùm auctorita-
tem nobis indignis à Domino commissam ab-
solvimus te ab omni vinculo delictorum, ut
merearis habere vitam æternam per eum qui
vivit &c. [Caput istud non extat in M.S.]

Sicut enim sacrificium offerre non debent Burchard lib:
19. c. 153.